

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Aduersaria Musica Q

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.291, f.<1r>-<8v>

[<f.1r>-] Q.

Saluicius quidam pictor Romae pulsat organum quoddam quod [[uocant ut puto Altobassus]] Psalterium est sed cum multiplici ordine [fidium habet etiam hyperhypatas et suauius est infra lin.]

Massimilianus Bologninus Bononiensis artifex ingeniosissimus Bononiae ante 40 annos primus fertur fabricasse trochoclauichordium. Item clauichordium cum tintinnabulis Ludouicus Podius nobilis Bononiensis quamuis artem musicam nesciret tamen ob naturalem dispositionem optime canebat et ut in memoriam melos aliquod reuocaret inspiciebat ascensionem et descensionem notarum (unde colligere licet huius praxis utilitatem)

Idem ad amussim imitabatur modum canendi huius uel illius cantoris et omnes fere uoces tam acutas quam graues exprimebat

. Tramontanus nobilis perusinus extemporalis poeta sine Instrumento adiecto ad quod ipsemet canit non solet uersus profundere. Petrus autem Perusinus [[sed]] sine cantu et organis uersus recitat et expromit

Quidam Episcopus cum intonare nesciret [nesciebat ante corr.] syllabas iubebat gradatim altiores ac depressiores scribi unde cognosceret quae acutiori quae grauiori uoce canendae essent

Vtrum in musicis deferendum sit iudicio populi Dissertatio

De perfecto Musico Dissertatio

Saluicius praedictus a Germano quodam didicit fabricam et pulsationem eius psalterij. ponticulum habet transuersum quo chordas ita diuidit ut breuiores Diapente distant in acutum a longioribus Caeterum alternatim attolluntur et deprimuntur nam quae in dextra parte elatiores sunt (ubi pulsari possunt) in sinistra deprimuntur et alijs locum dant et uiceuersa.

De Harmonia perfecta

[<f.1v>-] Ioannes Oricellarius excogitauit organum (simile uiolino) duabus chordis constantem diapason distantibus quod parieti admouebatur dum laeua manus epitonia uersaret, dextra arcu uteretur uertebatur autem epitonia [[ita] plus minusue prout psaltes tonos acutiores uel grauios facere uellet since certis terminis ut in tuba ductili Idem fistulam composuit ex tubis stanneis sed cum epistomijs (tappons) ut in Physaulis. duplici serie ita ut inferior deseruiret phthongis enarmonijs qui cum inflabantur opus erat [[lap]] labrum inferius adprimere

Fecit etiam fistulam cum arundinibus nostratibus quae suauius euasit Idem Physaulum in modum armarij ex ebano totum fere sua manu composuit cum multis Systematis quorum aliqua ex arundinibus erant

Apud eum uidi tibiam Punicam buxeam quorum phthongi parum iuste distributi erant In ea tibia orificium ualde distat ab (somiere)

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.1v; text: Monochronus, Hemichronus, Tetramorios (Notula omnium minima), [signa], i, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 10, 1/4, 1/2, [[i, 2, 3]], 1, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 1/3, [[1/4, 1/3, 1/2]], 1 1/2]

[-<f.2r>-] Aristoxenum apud autorem uitae Sophoclis testatur primum eum fuisse inter Athenienses poetas qui Phrygia Melopoeiam in sua cantica introduxerit, et modo Dithyrambico admiscuerit

Celsus libro 9. Digestorum. Si chorus aut familia legetur Suetonius in uita de Teranio mangone

Plutarchus Plinius Iunior

Commoditas litterae [t] in [ta], [ta], [te], [te] hinc cognoscitur quod etiam Graeci utantur in articulis

Ostendit Kepplerus quod et cuius putet omnes consonantias praeter eas quae fiunt ex chordis 3, 4, 5 esse replicatas et producere aequisonum 6 enim respondet [to] 3. 8 [to] 4 et cetera

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.2r; text: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 10, 12, 16, 20, 24]

[-<f.2v>-] Haec dispositio Testudinis triarmoniae

commodior uidetur

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.2v; text: Systema Phrygium, Dorium, Hypolydium, A, E, a, # c, G, B, C, F, b, d, [Sqb] [Sqb], # F, [sqb], # d, c, e, # C, # G, f, b E, b, b e, D, ¼, b A, b a, g, # e. [signum]]

[[Mensura cubiti hyperhypatarum ad mensuram cubiti chordarum praecipuarum est ut]] Longitudo hyperhypatarum integra ad spatium quod intercipitur inter primum iugamentum et chordapsum est ut 4 ad 3. ex quo fit ut idem iugamentum utrisque chordis inseruiat et illud oportere eueniat ut multi phthongi per eam terminationem formentur qui multas consonantias augere possunt

Secunda et tertia chorda possunt duplicari ut conspicitur sub signo [signum] in Dorio

[-<f.3r>-] Sequens dispositio chordarum peropportuna est temperaturae perfectae in testudine: siquidem hic minime est opus paruis iugamentis sed C et C [signum] nascuntur ex ipsamet dispositione chordarum duplex uero B et [Sqb] [Sqb] concinnari possunt ligillo ductili inserto cum duobus tactibus ligneis agglutinatis quae dum producuntur [[faciant]] reddant [[acutiores]] phthongos [[uidelicet]] grauiore uidelicet B [Sqb] [Sqb] cum reducuntur acutiores B [signum] [Sqb] [Sqb] hoc modo

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.3r,1; text: A, B, F, C, c, f, B [signum], [Sqb] [Sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], # c, # f, # C, # F, D, G, C [signum], d, g]

Sequens etiam in eo potissimum utilis esse potest: quod omnes 4 chordae si integrae simul pulsantur aptissimam eusymphoniam faciunt ut Diapente in graui, diatessaron mediam ditonum in acuto

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.3r,2; text: A, B, D, [Sqb] [Sqb], d, # f, g]

Item sequens in qua eiusdem ligilli subductio cum quatuor tactibus agglutinatis 8 phthongis inseruire potest uidelicet

D [signum] D

[Sqb] [Sqb] [signum] [Sqb] [Sqb]

b E [signum] b E

C [signum] C

quamuis primi uel quarti superflui sunt

[-<f.3v>-] Sequens dispositio complures habet commoditates 1. quod chordae crassiores duae longiores sunt. 2. quod omnes quinque chordae integrae [[si]] pulsatae maximam harmoniam edunt 3 quod in duobus subductoriolis binae tantum uoces necessariae sunt b b [signum]

[sqb] [sqb] [signum]

[[nam]] cum C et C [signum] satis distinguantur in diuersis chordis

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.3v,1; text: F, C, f, 10/9, G, D, g, a, d, b A, b E, b a, b [signum], b e, A, E, a, [sqb], e, B, b, c, f [signum], #, [sqb] [signum], [Sqb] [Sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], C [signum], c [signum], g [signum]]

Sequens temperatura haec commoda habet quod [[unico subductorio ternae uoces commate minuuntur uel augentur adeoque duplicantur

[[[Sqb] [Sqb] [signum] [Sqb] [Sqb]

C [signum] C

b E [signum] b E]]

subductorio duplicatur tantum [sqb] paruis autem iugumentis b (iuxta Folianum) et d [signum] [[d d [signum]]] autem acutum proprium obtinet situm

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.3v,2; text: [[A, a, B, d, b, F, C, [Sqb] [Sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], #, [sqb] [signum], [sqb], C [signum], C, b E, E, c [signum], c, G, d]], A, a, B [signum], B, D [signum], D, b [signum], b, F, C, [sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], # D, E, [sqb], # F, # C, b G, b d, [[E]], G, d [[sqb] ante corr.], [[C, E, F, c]], b e, e]

[-<f.4r>-] Claudius de Monte Viridi in ultimo corpore (Muta) Matriarium quos edidit inepte usus est [mone] multarum notarum uelocium ut exprimeret [ethos] melodiae alacris et Martialis

Ineptum est quod ait Caeremoniale Romanum capite de organo et caetera Cauendum autem ne sonus organi sit lasciuus aut impurus

Huiusmodi misturae apud Ptolomaeum sic faciendae uidentur

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.4r; text: [signum], Chromaticum Syntonum Ptolomaei, E, F, G, A, B, [Sqb] [Sqb], C, D, 28/27, 21/20, 12/11, 8/7, 9/8, 10/9, 7/6, [signa], Toniaeum, Molle, Toniaeus, [[E, F, G, A, B, [Sqb] [Sqb], C, D, 28/27, 21/20, 12/11, 8/7, 9/8 [10/9 ante corr.], 10/9, 7/6, [signa], 16/15]]]

[-<f.4v>-] Vel sic ubi tamen sine causa chordae multiplicari uidentur

[[[Doni, Aduersaria Musica Q, f.4v,1; text: Diatonicum molle Ptolomaei, E, F, G, A, [signa], 28/27, 8/7, 9/8, 10/9, 21/20, 28/27, Toniaeum]]]

[[Vel sic ubi propius uerba Ptolomaei secundum tetrachordum diuersam speciem habet ut senariae minores augeantur]]

[[[Doni, Aduersaria Musica Q, f.4v,2; text: E, F, G, A, B, [Sqb] [Sqb], [signa], 28/27, 8/7, 9/8, 21/20, 12/11, 8/7 [10/9 ante corr.], sexta maior diminuta, minor aucta, iusta]]]

Vel sic

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.4v,3; text: Diatonicum molle Ptolomaei, E, F, G, A, B, [Sqb][Sqb], [signa], 28/27, 21/20, 10/9, 8/7, 9/8, 7/6, Toniaeum, [signum], Syntonum, 16/15]

[-<f.5r>-] Consonantiae huius misturae

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.5r,1; text: E G, E, A, E, [sqb] [Sqb], E C, F G [E supra lin.], F, G, F, B, F C, F A, F [signum], F B, 3, 4, 5, 6, [signa]]

In sequenti distributione haec commoditas est quod phthongi # et phthongi b diuersa obtinent regionem: quare minime inuicem [[in]] obstrepunt in pulsando: et poterunt etiam hi phthongi duplicari [Sqb] [Sqb] [signum]

b e b e

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.5r,2; text: [[A, B, [Sqb] [Sqb], C, #, D, E, F, b G, G, a, b, [sqb], c, d, e, f, g, a [signum], b [signum]]], A, B, [Sqb] [Sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], C, #, D, E, F, # F, b, G, a, [sqb] [signum], c, [sqb], d, e, f, g, a [signum], b [signum], c [signum], 25/24, 135/128]

[-<f.5v>-] Nil mirum est cantores ut plurimum magis ditescere quam musicos nam et produratores regulariter locupletantur (Florentiae saltem) quam Aduocati Sequens distributio conuenit harmoniae isotoniae in qua tamen fiat distinctio semitonij maioris et minoris sine duplicatione duorum iugumentorum: cum harmoge ternariarum propter maiorem facilitatem et cum [[hypagogijs mobilibus]] tastinis in medio toni. Poterit etiam harmoniae perfectae et Syntono [[Didymi aptari sic]] alterutri aptari cum d reperiatur tam in quarto phthongo quintae [[qua]] chordae quam in primo sextae poterit sic temperari per comma inferius si contemperetur per diapente cum A non cum G et ita duplex habebimus d

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.5v,1; text: A, B, [Sqb] [Sqb], C, # C, D [signum], D, # D, [[D]], b E, E, F, #, G, # G, b a, a, b, [sqb] [signum], [sqb], c, d, # d, b e, e, f, # f, b g, b a, 9/8, 10/9]

Pro harmonia perfecta commodissima etiam est sequens distributio per ternarias procedens cum duplici

[Sqb] [signum] [Sqb]

b [signum] e b e

D [signum] D

Cui magis conuenit Syntonum Ptolomaei quam Didymi quoniam cum consentaneum sit inter primam et tertiam chordam esse diapente iustam dicta tertia chorda erit [Sqb] [Sqb] et non [Sqb] [Sqb] [signum] quare in secunda chorda sub iugamento quarto erit ponenda [Sqb] [Sqb] [signum] non [Sqb] [Sqb] et consequenter G (quae ab eodem iugamento formatur quo A) distabit ab A sesquinona

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.5v,2; text: E, F, # F, G, b A, A, [signum] G, b [signum] A, B, [sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], C, # C, D, b e, e, [signum] D, b [signum] e, e, f, # f, g, b [signum] a, g, b a, [[a]], a, b, [sqb], 25/24, 135/128 [135/324 ante corr.], 10/9, 9/8, 16/15]

[-<f.6r>-] Sequens distributio haec singularia et propria habet primo quod per diatessaron chordae omnes inuicem distant. secundo quod crassiores non nihil etiam longiores sint.

tertio quod [[b et #]] utrique [utraque ante corr.] phthongi b et # ponuntur sed ita ut parum inuicem officiant neque enim totum Systema transuersum secant. quarto quod in primis duabus chordis crassioribus tactio phthongorum [[b E b A]] # D # G facilis est cum eodem interstjti<.> ante corr.] digitorum formentur quo # F # C quinto quod eiusmodi iugamenta mutila statim apparent non esse principalia

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.6r,1; text: D, D [signum], [[#]], #, b, E, F, # F, G, G [signum], b, A, B, [Sqb] [Sqb] [signum], [Sqb] [Sqb], c, d, b [signum], [[[sqb]]], [[q]], a, [sqb] [signum], d [signum], b e, e, f, 9/8, 10/9]

Sequens etiam non inutilis est

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.6r,2; text: D [signum], D, b E, E, F, # F, G, G [signum], b A, A, B, [Sqb] [Sqb], C, # C, D [signum], # D, e, f, # f, g, # g, a, [sqb], b a, b, [sqb] [signum], c, d, 10/9, 16/15, 9/8]

[-<f.6v>-] Ingressus in sermonem de Musica Sacra hic esse poterit Conquestio hodierni status musicae Ecclesiasticae cum simplex psalmodia quae in primitiua Ecclesia fuit hodie corrupta sit cum nimio dilatetur et taedio afficiatur Melodia uero artificiosa pariter sit confusa olim uero ueteres Christiani psalmodiam Christianam in suo statu simplici audiebant et artificiosam in sua elegantia apud gentiles ostendatur Ecclesiam progressu temporis indulgentiorem factam multa permisisse in ritibus sacris quae primis temporibus admissa non fuissent ne gentiles imitari Christiani uiderentur

Dantes in Paradiso cantu fingit in caelo se uidisse saltantes qui corpore exprimerent litteras quasdam ubi ostendit non ignorasse Pantomimorum morem [Mousiken kai ten manteian hoi palaioi kai ten poietiken. legetai de kai to eupaideuton kai epidexion, mousikon. kai to emmeles]

Photius in lexico Rhetorico Manu scripto

Alcibiades Socratis leporem assimilat melodiae Olympi et Marsyae Plato

Maximus Tyrius Dissertatione ubi docet Bonum augeri non posse testatur tibias consueuisse moderari remigationem in Trieribus

Ex Ioanne Keppleri Harmonice Mundi

Reprehendit Petrum Ramum et Lazarum Schonerum illius discipulum. Illum quod X librum Euclidis tamquam prorsus inutilem contempsisse hunc quod V corporum Regularium nullum plane usum agnouerit

Credit Pythagoricos dicta corpora re uera non comparauisse cum elementis (quo nomine ipsos impugnat Aristoteles) sed cum V corporibus celestibus quamuis suo more [[rato]] arcanum inuolucris celauerint Videlicet Saturno Cubum [[Soli]] [Marti corr. supra lin.] (quem nomine ignes [forte add. supra lin.] intelligebant) Tetraedrum scilicet pyramidem. Octaedrum Mercurio propter uelocitatem, Scosaedrum Veneri Dodecaedrum Terrae quam mundi nomine intelligebant

Multa affert digna scitu de figuris corporum regularium quorum multa schemata proponit in his nonnulla ex diuersis faciebus composita in elegantem speciem

[-<f.7r>-] Algebram uocat doctrinam analyticam ab Arabe Gabere dictam et Italis cursum Reprehendit Ptolomaeum libro tertio quod inter interualla concinna adnumeret 7/6 et caetera

Identicum et Identisonum usurpat pro antiphono quod uocat homophonum ut est Diapason nos aequisonum

Miratur Porphyrium etiamsi profundissimae indaginis philosophus fuerit cum redderet causam suauitatis consonantiarum usum fuisse similitudine uoluptatis quae ex titillatione fit sensu tactus

Libro tertio capitulo secundo Vtitur methodo quadam propria secandi chordam harmonice ex qua elicit ζ tantum esse consonantias

Medietatis harmonicae comunem notionem non probat: uult enim ea esse in qua

[[uidentur]] non modo duo extremi numeri inter se consonant sed etiam cum medio

Notat eos qui graui uoce canere uolunt corpus extendere ut quam profundissime uox exeat

Ponit hoc exemplum proportionalitatis Harmonicae non secundum antiquos

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.7r; text: 4, 6, 9]

ubi uera diuiditur in duas quintas

Putat antiquos concinna interualla statuere natura priora quam consona propterea quod diesim ponebant commune elementum omnium interuallorum sed non aduertit illos hoc tantum fecisse praxis causa.

Ipse concinna interualla definit. Omnes consonorum duplo interuallo minorum

differentias. Itaque excludit $7/6$ $8/7$ et similia et cogitur alia interualla statuere quae licet concinna non sint concinno tamen cantui inseruiant ut $81/80$

Fallitur ubi ueteres diesin in 4 partes concidisse scribit easque commata noncupare. Ipse [[diesin uocat]] Semitonium minus [et auctum commate add. supra lin.] uocat diesin [et limma infra lin.]

Ternaria uocat Dia hex

Cantus genera diuidit in durum et mollem. Hunc uero non nisi additione b mollium ostendit sed rectius antiqui per interuallorum [[exiguit]] paruitatem

Ait in usuali musica respondent illi (cantu Enarmonio) uibrationes uocis humanae, tremor organorum, Mordentia in fidibus Pandurae et similia. Pandura fort uocat

Citharam uulgarem

[-<f.7v>-] Ipse [[uocarem]] [diuiderem corr. supra lin.] interualla concinna in primaria et secundaria: primaria ut $8/9$ $10/9$ $16/15$ $25/24$ et caetera Secundaria ut $7/6$ et similia uel in cantabilia et incantabilia qualia sunt $81/80$

Ephippia et magadia uocat ponticulos organorum musicorum ut testudinis probabile est quod ait signum

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.7v,1]

pro C ex eo natum quod uterentur calamorum mucronibus latioribus quibus

semicircularem figuram [tou] C non poterant satis apte expingere unde fecerunt [signum]

Quod autem putat [ClefF] ortum fuisse ex [gamma] (gamma minuscolo) additis duobus punctis ut significaret digamma minime ei assentior: puto enim potius duo puncta orta fuisse ex uelocitate [[scrib]] pingentium duas lineas transuersas in F sic

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.7v,2]

Ait non esse sui instituti immorari in musica ueterum cum sit obscuritatis plena

Vbi affirmat Aristoteles inter Hypatem et Parhypatem interfuisse diesin ipse intellegit

limma quod Semitonium Platonicum uocat et signat littera Parhypatem b molli

Proslambanomenon puta esse [Gamma] non A.

Putide nimis ponit species Diatessaron pro diuersitate Toni maioris et minoris

Ait Turcarum et Hungarorum stridulum canendi morem brutorum potius animalium uoces inconditas quam humanam naturam imitari

Skeleton octauae ridiculae uocat fundamentalem ipsius speciem in cantu

Ait Graecos posteriores coepisse scribere uersus politicos in quibus syllabae numerantur non ponderantur

[[Secu]] Ait in lingua Teutonica Gallica Hispanica Italica efferri totum uersum sic ac si alternis acuta uel grauis syllaba se mutuo insequantur itaque omnes uersus aut Trochaico similes esse aut Iambico Sed id potius uerum est in Teutonica tantum. Itaque aut grauibus uel correptis syllabis dissonantias dari a musicis acutis uero consonantias

Tonorum tractationem suo more permiscet et confundit species octauarum continuatis semitonij frustra multiplicans

Vulgares sequitur in appellationibus Rhythmorum dum mensuram aequalem uocat duplam. Duplam uocat triplam Nil mirum igitur si Rhythum duplum sedatum esse scribit Triplum concitatum

[-<f.8r>-] Falso scribit a Spartanis autorem generis Enarmonij eiectum fuisse [[non chi]] pagina 76. Libro 3.

Falso putat cum multis antiquos caruisse concentibus

Male interpretatur et describit agogen, plocen, pettiam Toneam

Non satis aptam rationem affert cur plures tertiae et sextae continuari possint non

Diapason et diapente (ipse addit etiam et Diatesaron) quod tertiae exempli gratia diuerse sint maior et minor.

Bodianus apud Kepplerum notat Themidis 3 filias a poetis fingi [Eunomian],

[Epioikeian], [eirenen], leges, aequitatem, pacem quasi trium proportionum tutelares Arithmeticae, Geometricae, Harmonicae

Leges connubiorum praecipuum ciuitatis uinculum luculentum exemplum sumministrant trium proportionum. Si Patricij Patricias ducere iubeantur Plebeij Plebeias Geometrica similitudo est. Sin promiscua omnia erunt connubia Arithmetica proportio erit. Verum priori statu animae diidentur in factiones nec concordia durabit. Posteriori confundentur ordines utrumque perniciosum Reipublicae Suadet igitur Bodinus Patricijs tenuioribus interdum concedi connubia plebeia opulenta. Plebeijs locupletibus Patricias inopes Verum hic dubitari posset quomodo cum [[Har]] proportiones 3 [4 ante corr.] terminos quaerant hic quatuor sint; uidelicet Plebeij, Patricij, Locupletes, pauperes, comparatio congruere possit. Sed respondet tres terminos sufficere in unica Progressione: nam si Intuertatur quartus terminus asciscetur Exempli gratia ponamus hic [hoc ante corr.] terminos sic

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.8r,1; text: [[Pleb]] Patrici Diuites, 6, Pauperes, 4, Plebeij, 3]

et supponamus [a add. supra lin.] Primjs [Primos ante corr.] superari tertios nobilis pretio, dupla ratione tantundem superabit differentia primorum et secundorum Diuitiae:

[<aleo.h.t> supra lin.] differentiam secundorum et tertiorum diuitias cum qualitate generis comparatas quae duplo minor uidetur

Rursus ut quartus terminus [[rep]] usurpetur disponamus sic

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.8r,2; text: Plebeij diuites, Patriciae pauperes]

[-<f.8v>-] Potest hic moueri utilis quaestio [[an]] [si corr. supra lin.] indicanda erunt Tributa extraordinarja (balzelli)

praestet seruari proportionem Geometricam an Harmonicam. Haec erit si ij qui[[tan]] talenta habebunt quatuor usque ad sex, duo persoluent qui tria usque ad quatuor persoluent unum.

[Doni, Aduersaria Musica Q, f.8v,2; text: 6, 4, 3, 2, 1]

Dicit subtilitatem eorum qui Rationem uocant quae uulgo Proportio coniunctam habere obscuritatem

Nimis minute refert Kepplerus omnes Bodini comparationes (quas plurimas habet) cum tribus proportionibus

Plerasque Keppleri et similium comparationes uocare possumus [logon plasmatode pros ten hypothesin bebiasmenon] Vt Aristoteles in Metaphysicis loquitur de reminescentia animae Platonicae

Libro 4. pagina 125 Proportiones Rhythmorum non considerat inter partes unius pedis sed inter pedem et pedem inquirens [[pr]] rationem Iambi Trochaei uel Tribrahijs ad spondaeum esse ut 3 ad 4 quasi uellet subblandiri hodiernorum Rhythmicorum inscitiae Commentitum totum est quod tradit de radiationibus seu configurationibus Planetarum quarum efficaces esse uult quae faciunt aliquam sectionem circuli (in caelo stellarum fixarum) seu angulum alicuius figurae regularis et demonstrabilis [[Vnde]] ait experimentis multis compertum esse in coniunctionibus Planetarum et eiusmodi configurationibus magnas aeris mutationes fieri

De libro Iohannis Pici contra Astrologos sic refert. Denique fecit liber ille refutando nonnulla ut ijs ego fidem adhiberem quibus antea ut fidem derogarem, astrologi defendendo effecerunt

Ponit animam quamdam Terrae et quidem sentientem: et comparat corpus terrae cum corpore humano in multis pagina 161. libro 4.

Inter alja quae ipsum mouerunt ad hanc animam statuendam est quod in ipsa est uirtus generatiua metallorum immo in lapidibus apparent species animalium aliquorum et corporum Geometricorum Et quod sensus tactus in ea esse uidetur nam si quis in profundis quibusdam lacubus quae sunt in altissimis montibus lapillum inijciat tempestas concitatur Habere etiam terram suos languores et excessus [[quasi]] humorum quasi pituitae atque aestus nimios tamquam febres. Suspiciatur etiam terram quodammodo respirare quod ex eo elicere uidetur quod paulo ante quam Mercatores destituta Antuerpia Amsteladamum celebrare cepissent quodam die nullus maris fluxus in litoribus Belgicis [[era]] deprehensus est

